

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

COMPLV

RES LVCIANI DIALOGI à Desiderio

ERASMO Roterodamo utriusq; lingue

doctissimo in latinum conuersi, & à

Nicolao Buscoducensi

illustrati, Additis

Fabularum &

difficilium

uocabulorum

explanationibus cum

tabula.

*Distichon ab Hadriano Barlando lusum.**Græda me genuit, nuper facundus Erasmus**Transtulit in latium, munere plaude puer.**Leuini Linij Endecasyllabon Ad puerū emptorē.**Quid queris puer? atticum salinum?**Hoc paruo dabit ere Lucianus.**Quid, fandi latios petis lepores?**Hos paruo dabit ere Lucianus.*

PETRVS Aegidius Schöle Antuerpienſis
Tyrunculis.S.



Fortunatos imprimis uos iudico feliciſſi-
ſimi adoleſcentuli, praefertim hoc ſeculo
prorſus aureo, in quo litterae ſynæri-
ores (rudi barbarorum Inſania deſeda-
ta) nō paucas promindas illuſtrare ceperunt, adeo ut
iam paſſim uideamus tantum inſeſe literarū ephēbo,
q̄ olim ſeni, qui totā etatē non ſine magno candelariē
diſpendio, in Alexandro & Gloſſa notabili detriuit.
Quod haud dubie partim doctis & literatis, partim
ludimagiſtrorū debemus induſtrie, quorū opera &
reſurgunt & uegetantur litterae. Agite igitur Iuue-
nes optimi, & hoſte Luidani dialogos, ab Eraſmo ui-
ro eloquentiſſimo uerſos, quos ueſter Gymnaſiarcha
Nicolaus Buſcoduaniſis propter eximiā eruditionē,
& uitae integritatem nobis amiaſſimus, ſcholijs ſanē
q̄ doctis eluadunt, accipite. & pro Hortena, atq; id
genus ſordidis, & uix cocis dignis fabulamentis ediſca-
tote. Quibus nihil neq; ſalius, neq; eruditius, nō enim
parum fructus & emolumenti uobis ſuppedita-
bunt, ſi oratiunculas ueſtrae huiusmodi collo-
quutiunculas amiſcueritis, id quod
demum etate ſubuectiores
intelligitis. Bene
Valet.

CNE.



CNEMONIS AC DAMIPPI

Dialogus, Erasmo interprete.

CNEMON.



Hoc illud est quod uulgo didi consuevit,
Hinnulus leonem. D A. Quid isthuc
est quod tecum stomachare Cnemon?

CNE. Quid stomacher rogas? Equidē

heredē reliqui quendā præter animi sententiam, ui-
delicet astu delusus miser, ijs quos maxime mea cupie-
bam habere præteritis. D A. Sed isthuc qui nā cuc-
nit? CNE. Hermolaū nobile illū diuitē, quum orbus
esset, imminente morte captabā, assidens atq; inferui-
ens. Neq; ille grauatim officium meū admittebat. At
interim illud quoq; mihi uisum est satū consultum
ut testamentū proferrem ac publicare, quo illū rerum
mearū insolidū heredem instituerem, nimirum ut ille
uicissim idē faceret, meo prouocatus exēplo. D A. At
quid tandē ille? CNE. Quid ille suo in testamento scri-
pserit, id quidem ignoro. Ceterum ego repente atq;
insperato ē uita decessi, tecti ruina oppressus. Et nūc
Hermolaus mea possidet, lupi cuiuspiā in morem ipso tū
hamo cū esca pariter auulso. D A. Imo non escā mo-
do cū hamo, qui etiam te quoq; piscatorē simul abstu-
lit. Itaq; technā istā in tuum ipsius caput struxeras

CNE. Sic apparef; adeo deploro.

Hinnulus leonē, subandī cepit, uicit, prouocat, Hinnulus

A 2 aut leonem.

*herediteriam
cantā studiū*

*quomodo heredit
apertore
spe ita deinde
atq; prout erent
sepius:*

aut simile aliquid. Hoc adagio pulchre utimur,
quū fortiorē superari à debiliore, aut indoctū cer-
tare cū doctissimo significare voluerimus. ut in
prouer. chiliade. i. docet. D. Eras. Græce, latineq;
iuxta doctiss. Est aut hinnulus refte Valla ceru-
rū, capreolor, dama, lepor, filiumq; aialiū fi-
lius. ¶ Rogas. i. interrogas, nā rogare. p. interro-
gare usitatū est. Inde rogatio & rogatiūcula in-
terrogatiūcula. ¶ Preter ai sententiā. i. cōtra vo-
luntatē & desyderiū. nā preter interdū p. contra
capit. & sententiā voluntatē, atq; arbitriū aliqui si-
gnificat. & idē est, ex ai sententiā, & ex sententiā, si-
ne gō ai. Astu. i. astutia & calliditate. Teren. in
Eunu. q; si astu rem tractauit. ¶ Inseruiēs. i. obse-
quēs, & quasi seruiētis officiū præstās. Nā seruire
pprie est seruor, inferiue amleor. ¶ Scitū. i. va-
frū & egregie bellū, cōsultūq;. i. sapiētie plenum.
¶ Insolidū, integre, & oīm bonorū meorū hære-
de. ¶ Hamus instrumentū quo pisces capiunt vn-
co in esca latēte à quo piscatores hamiorū nomi-
nant. Itaq; technā istā &c. Adagiū est quo utē-
dū erit cū dolus in alterū excogitatus in caput au-
ctoris redit. Et rex dicit à nostris ars seu falla-
cia. Teren. Parmenonis tā scio esse hanc technā
q; me viuere. In tuū caput. i. in exitium & tuam
ipsius perniciem repperisti.

ZENOPHANTAE & CALLIDEMIDAE.

Dialogus, Eodem interprete. Zenophantes.

At tu Callidemides, quo pacto interisti? Nam
ipse quēadmodū Dinic parasitus quū essem
immodica ingurgitatione præfocatus fuerim
nostri: aderas enim morienti. CALLID. Aderam

Zeno.

Præter.

Hamus.

Techna.

Techna. i. ars. b. i. m. i. n. s. e. n. t. e. n. t. i. a. i. s. t. a. & c. A. d. a. g. i. u. m. e. s. t. q. u. o. u. t. e. n. d. u. m. e. r. i. t. c. u. d. o. l. u. s. i. n. a. l. t. e. r. u. m. e. x. c. o. g. i. t. a. t. u. s. i. n. c. a. p. u. t. a. u. c. t. o. r. i. s. r. e. d. i. t. E. t. r. e. x. d. i. c. i. t. a. n. o. s. t. r. i. s. a. r. s. s. e. u. f. a. l. l. a. c. i. a. T. e. r. e. n. P. a. r. m. e. n. o. n. i. s. t. a. s. c. i. o. e. s. s. e. h. a. n. c. t. e. c. h. n. a. q. m. e. v. i. u. e. r. e. I. n. t. u. u. c. a. p. u. t. i. n. e. x. i. t. i. u. m. & t. u. a. m. i. p. s. i. u. s. p. e. r. n. i. c. i. e. m. r. e. p. p. e. r. i. s. t. i.

*Arant. hoc dialogo
heredipetantur.*

Zenophantes. Porro mihi nouū quiddam atq; inopinatū accidit. Nam tibi quoq; notus est Pteodorus ille senex. ZENO. Orbū illū dicis, ac diuitē, apud quē te assidue uersari conspiciēbās? CALLI. Illum ipsum semper captabā, colebamq; id mihi pollicens fore: ut meo bono q̄ primū moreretur. Verū quum ea res in longum proferretur: sene uidelicet uel ultra titbonios annos uiuente: cōpēndiariā quandā excoꝑtaui uiam qua ad hereditatē peruenirē. Siquidē empto ueneno, pocillatori persuasērā, ut simulatq; Pteodorus potū posceret, bibebat aut prolixius, praesentius in calicem iniiceret, haberetq; in proptu, porrecturus illi. Quod si fecisset, iurciurando confirmabā, me illū manu missurum. ZENO. Quid igitur accidit? nam inopinatum quiddā narraturus mihi uideris. CAL. Vbi iam loti uenissēmus, puer duobus paratis poculis, altero Pteodoro cui uenenū erat additum, altero mihi, nescio quomodo errans, mihi uenenū, Pteodoro porrexit in oxium. Mox ille quidē bibit, at ego proptus huius porrexit. Et imitatus sum, suppositiū uidelicet illius loco funus. Quid hoc? Rides Zenophanta? Atqui non conuenit amici malis illudere. ZENO. Rideo profecto nam eleganter ac lepide tibi haec res euenit. Porro senex ille quid interim? CAL. Primū ad casum subitū atq; inexpectatū sanē conturbatus est. Deinde simul atq; intellexit, id quod acciderat, puta pocillatoris er-

A ; rore

Al comita parit Pteodore iudiciū potior m
Capitator, sibi scil mitta uenena par

vore factum, risit & ipse. ZENO. Recte sanè. Tam
etsi non oportuit ad compendium illud diuertere, si qui-
dem uenisset tibi populari uulgatq; nia tutius ar-
tusq; etiam si paulo serius,

At

Parasitus
Orbus

Tithonus

Cōpendia-
rius.
Pocillator

Promptu

Manumit-
tere.

¶ At inceptua est particula ad ornatū pertinens
Nāō in tristi ita exorsus est eplam. ¶ At mea sine
proprio quis moestissima casu Pectora pro sen-
su facta serena tuo. ¶ Parasitus dicitur qui aliorum
mensas sequitur, hō cibo ventriq; deditus, cuius gra-
nihil non parit & facit. ¶ Orbus dicitur quicūq;
re aliqua chara priuatus est & pprie parens amil-
lis liberis, filius etiā priuatus parentibus orbus di-
citur. ¶ Captabā ipsum, iplā ditijs eius hereditatē
venabar, & apperebā. ¶ Tithonus laomedontis
filius, & Priami frater ab aurora dilectus, & ra-
ptus fuit, ex qua filiū Mēnonem genuit, cūq; lon-
gissimā optasset vitā & obtinuisset, postea in ci-
cadā uersus est. Inde tithonios annos p lōga vi-
uacitate pulchre vsurpamus. Cōpendiariā viā. i.
breuē, & expeditā. Cice. in .ij. offi. Socrates hāc
viā ad glām proximā, & quasi cōpendiariā esse
dicebat, Cōpendiū breuitas, seu breuis viā. Pocil-
lator uocabulo perq; elegati dicitur poculorū mini-
strator siue pincerna. Presens uenēnū potēs, effi-
cax, quod statim operat. In promptu. prōptu tm̄
in abltō legi. Habere in promptu, est habere pa-
ratū, sed prōptus a um idē est qd ad agendū para-
tus, ¶ Manumittere ē seruo libertatē donare, do-
minus enim dum seruū manumitteret, capitū
eius manū imponebat, ipsumque vertebat di-
cens, Esto liber. Persius. Heu steriles veriqui-
bus vna quiritem vertigo facit. ¶ Porrectū ad
uerbiū vyrghestrect.

Menipo

hic sitibundus. et non est pena fugiendi. et non
est metus, sed ut illi garrula lingua dedit
Menippi et Tantalii Dialogus, Eodem Eras.

interprete.

MENIP.

Quid ei das o Tantale, aut quid tuam deplora
ras fortunā, stagno imminens? TAN. Quo

nā siti enecor Menippe. ME. Vsq;

adeo piger es atq; iners, uti nō uel pronus in aumbens

bibere noris, uel caua uola hauriens? TANTALVS.

Nihil proficere, si pro aumbam. Refugit enim aqua,

simulatq; me propius admoueri senserit. Quod si quācaptat

hausero, oriq; coner applicare, prius effluxit, q̄ sumā

ma rigem labia. Atq; inter digitos effluens aqua haud

sāo quomodo rursus manū meā aridā relinquit. ME.

Prodigiosum quiddā de te narras Tantale. Verū dic

mibi, isthuc ipsum quorsum opus est bibere? quū cor

porc arcas? Nā illud quod esurire poterat aut sitire,

in Lydia sepultū est. Ceterū tu quum sis animus, quia

nā posthac aut sitire queas, aut bibere? TAN. Atqui

hoc ipsum supplicij genus est, ut aīa pinde quasi cor

pus sit, ita sitiat. ME. Agg hoc ita habere credimus, qū

quidē affirmas te siti puniti. At qd hinc ac rbi tibi po

terit accidere? Nū metuis ne potius inopia moriar? At

eqdē haud uideo alteros inferos, si qs hos relinquat, ne

q; locū aliū in quē morte denigret qspiā. T. Recte tu

q lē dicis, uerū hoc ipsum supplicij genus est, sitire, quū

nihil sit opus. M. Desipis Tantale, et uti uerū tibi fa

tear, non alio potu uideris egere, quā ueratro mero.

A 4 Nam

Tantalus a labris
sitientis supientia
flumina
Corpus Tantalii
in hydra sepulta

Nam diuersum quiddā pateris, ijs quos omnes rabiosi
 momorderint, ut qui nō aquā, quemadmodū illi, sed sis-
 tim horreas. TAN. Ne ueratrū quidē reasurim bi-
 bere Menippe, si liceat modo. ME. Bono et aīo Tan-
 talc, certū habens, nunq̄ fore, ut uel tu, uel reliquorum
 manū quisspiā bibat. Neq; enim fieri potest. Quanq̄
 non omnibus, quemadmodū tibi poena adiudicata est
 ut sitiant, aqua illos non expectante.

Tantalus

¶ Tantalus Iouis ex Plote nymp̄ha filius, & rex
 Phrygū fuit, qui dñs Pelopen filiū epulandū ap-
 posuit, ob quod facinus in infernū a Ioue detrusus,
 hac poena afficitur, vt cū sit vsq; ad mentū in le-
 pidūssima aqua aem̄sus, & supra nasum arbor re-
 dolentibus pomis dependeat, siti tamen & fame
 crucietur. Qui, in sbim. Poma pater Pelopis præs-
 sentia quærit, & idē Semp eget liquidis, semp abū-
 dat aquis, ¶ Pronus, flexus in faciē. ¶ Vola, media
 pars manus vel pedis concava. Simulatq; vel si-
 molat, i. statim tū postq̄. ¶ Lydia regio est mī-
 noris asiæ, phrygiæ ab exortu vicina, ¶ Veratrū
 herba est quæ alio noīe dicīt elleborū eiusq; gene-
 ra sunt duo, albū & nigrū, & Plinio teste vtrūq;
 cū ad alia multa, tū ad melancholiā remediū est
 efficax. vnde puerbio q̄ parū animo constat siue
 infanit, elleboro opus habere dicitur, & elleborū
 bibere siue elleboro se purgare iubet. ¶ Diuersum
 quiddā & c. de hoc Plī, ca. ij, li. xxv. Infanabilis ad
 hoste annos fuit rabidi canis morsus pauore, aque
 potusq; oīs afferēs odiū, ¶ Manes dicuntur ani-
 mæ mortuorū & dñj inferi.

Pronus

Vola

Lydia

Veratrum

Diuersum

Manes

Menippi ac Merarij Dialogus Erasmo
 interprete. MENIPPVS.

At ubi

forma vnde et regit et est et tunc et creditur amos
t. o minor, et spatio caput ipsa suo

A

Tubinā formosi illi sunt ac formose Mer
curi: Duato me, docto q; utpote recēs huc
profectū hospitē. MER. Haud mihi liat

per oām Menippe, quin tu isthuc ipso è loco dextror
sum oculos deflechte. Illic & Hiacyntus est. & Nar
cissus ille. & Nireus. & Achilles. & Tyro & Hela
na. & Leda, breuiter quicquid est ueterum formarū.

formosi ac
formosa?

ME. Equidē prāter ossa nihil uideo, caluariasq; ar
ribus denudatas, inter quae oīa, nihil fit omnino di
scriminis. MER. Atqui haec sunt quae poetae aucti
mirantur ac celebrant, ossa salicet quae tu uideris con
temnere. ME. At Helenā saltē mihi demonstra. Nā
ipse quidē haud queam dignoscere. MER. Haec uide
liat caluaria, Helena est. ME. Et huius salicet ossis
gratia, mille naues ex uniuersa Graecia, acto delectu
sunt impletae, tantaq; tum Graecorū, tum barbarorū
multitudo confligit, tot urbes sunt euerse? MER. Cae
terum Menippe nō uidisti mulierē hanc uiuam, quod
si fecisses, forsan diceres tu quoq; uitio dandum non
esset pro tali muliere diu tolerare labores. Alioqui si
quis flores etiā arefactos maradosq; cōtempletur, po
straq; coloris decus abiecerint, deformes nimirū uide
antur. At iidem, donec florent, colorēq; obtinent, sunt
speciosissimi. ME. Proinde illud iam demiror Mer
curi, si Graecia non intellexerunt, sese pro re usq; adeo
momentanea, quaeq; tam facile emarasceret, laborare

ita staret tu puer
belli pro firmo
suscepisse Helena

sepida ad med
similitudo
quator mos
flore h. g. c. g.
runtue

A S MER.

forma res in omni
tanta quaeq;
facile emar
cecat

MER. Haud mihi uacat tecū philosophari, quare de
 lecto loco, ubi auctū; uelis, prosterne te met ac recambe.
Mihi iam alie sunt traducende umbrae.

Recens

¶ Recens. i. recenter, nomē, p aduerbio. Virg. So
 le recēs orto. Hiacinthus puer fuit formosissimus
 ab Apolline admiatus, quē cū ille imprudēs discō
 necasset, in florē rubrum vertit, qui etiā vocatur

Narcissus

Hiacinthus. ¶ Narcissus Cephisi fluminis ex Ly
 riope nymp̄ha filius fuit admodum formosus, qui
 cum a multis nymp̄his amaretur, & oēs superbe
 contemneret, tandē cum se in fonte conspiciatū
 esset, sua ipsius forma capus contabuit, & in flo
 rem purpureum mutatus est. ¶ Achilles Pelei &

Achilles

Tethidis nymp̄hæ filius robore & forma præter

Tyro

ceteros græcos insignis. ¶ Tyro pater fuit Dido,
 nis secundū Iustitiū, aliquē est appellatiū, & dicē

Leda

nouus miles. ¶ Leda fuit Tyndari regis coniunx
 cū qua Iuppiter in forma cygni concubuit & illo
 duo oua protulit, ex quorū vno nati sunt Pollux
 & Helena: ex altero Castor & Clytemnestra.

Caluaria

¶ Caluaria caput mortui carne nudatū. ¶ Delige

Deligere

re est magis idoneū ad rē agendā discernere, sed eli
 gere refert vel ad nostrū commodū vel illius qui
 eligi dignitatē, & dicimus ago delectū, et habeo
 delectum. ¶ Alioqui sine n littera scribendū esse
 præcipit Caper grammaticus diligentissimus &
 significat interdū aliter, interdū præterea.

Alioqui

Menippi, Amphiloche, Trophonij disceptatio,

Eodem interprete.

Menippus.

VOs nimirū Trophonie atq; Amphiloche,
 quū sitis mortui, tñ haud scio quonā modo,
 phanis estis donati, ut scī credimini ac stul
 ti mortales

immortales deos esse uos arbitrantur. TRO. Quid? an
 nobis igitur imputandū si per insatiam illi de mortuis
 huiusmodi opinantur? ME. At qui non ista fuissent opina-
 ti, ni uos, si uum uiueretis, eiusmodi quædā portenta
 ostentasssetis, tanq̃ futurorum fuissetis præscij quasiq̃
 prædicare potuissetis, si q̃ percōtarentur. TRO. Me-
 nippe noucrit Amphilocheus hic, ipsi pro sese respon-
 dendū esse. Ceterū ego heros sum, uatianorq̃; si quis
 ad me descenderit. At tu uidere nunq̃ oīno Lebadiam
 adisse, neq̃; enī alioqui ista nō crederes. ME. Quid
 ais? Equidē nisi Lebadia fuisset p̃fectus, ac lintreis de-
 mictus offam ridiale manu gestās, p̃ angustū aditū in
 specū irrepissem, nequaquā fieri potuisset, ut te defun-
 ctum esse cognoscerē p̃inde atq̃; nos, solaq̃; præstigia
 tura reliquos antecellere. Sed age p̃ ipsam diuinādi ar-
 tē qd̃ tandē est heros; neq̃; enī intelligo. TRO. Est
 quiddā partim ex hoīe, partim ex deo cōpositū. ME. *Heros quid sit*
 Nempe, q̃; neq̃; sit hō (quēadmodū audio) neq̃; deus,
 uerū pariter utrumq̃; Ergo dimidia illa tui ac diuina
 pars quo nūc cæsit? TRO. Reddit oracla Menippe
 in Bœotia. M. Haud intelligo qd̃ dicas Trophonie, ni
 si q̃; illud planē uideo, te totū esse mortuum.
 ¶ Phanū templū dicit siue a fauno qui teste Pro-
 bo primus cōditor fuit, siue a fando, quia dū pon-
 tifex max. tēplū dedicat certa ỹba facit. ¶ Lebadia
 oppidū est antiquum in terra Bœotia, teste Gel-
 lio libro xii, cap. v. Fuit autē in Lebadia antrum
 tropho

*modus in predi-
 centū Trophonie*

Heros quid sit

Phanum.
 Lebadia

Trophoni. trophoniū ita ab artifice cognominatū q̄ com-
m Antrū. plures oraculi causa subire cōsueuerunt sacra stola
amicti, placentaſq̄ quas lemuriſ & ſerpētibus
occurrentibus obijcerent, geſtantes, prouerbiali-
ter de hoīe vehementer trīſti dicitur in tropho-
nī antro varicinatus eſt, quia olim creditum eſt
eū qui in trophoni ſpecum deſcendiſſet, poſtea
nunq̄ ridere. vt eleganter D. Eraſmus literatoꝝ
Offa. phoenix in chiliade prima docet. ¶ **Offa** appellat̃
oīs res, quæ in tumorē creſcit. vnde fruſta carniſ
offas vocamus. Feſtus Pompeius offam porci
nam cū cauda offam penitā dicebat. ¶ **Præſtigi-**
tura. atura ars decipiendi & eludendi oculos per incā-
tationem & agilitatem celeritate aut alio quouis
modo. ¶ **Oraculum** reſponſum. ¶ **Boeotia** regio
eſt Europæ iuxta Atticā, in ea Thebē ciuitas fuit
non ſedens Athenis claritate.

Mercurii
Charontis ac Menippi Dialogus. Ex eiusdē
interpretatione. Charon.

*non eſt quod det
qui non habet*

R Edde nauulum ſæleſte. ME. Vociferare ſi qui-
dem iſthuc tibi uoluptati eſt Charon. CHA.
Redde inq̄ quod pro traiectione debes. ME.
Haudquaquam auferre queas, ab eo qui non habeat.
CHA. An eſt quiſq̄ q̄ ne obulū quidē habeat? ME.
Sit ne alius q̄ſpiā præterea egdē ignoro. Ipſe ætē nō
habeo. CHA. Atqui præſocabo te per ditē impuriſſi-
me, ni reddas. ME. At ego illiſo baculo tibi cōminuā
caput. CHA. Num ego te tam longo traiectu gratis
tranſuxero? Mc. Mercurius meo nomine tibi red-
dat, ut qui me tibi tradiderit. MER. Belle mecū ag-
tur

tur per Iouem si quidē futurum est, ut etiā defuncto- 7
 rum nomine persoluā. CHA. Haud omittā te. ME.
 Quin tu igitur hac gratia perge ut facis, nauim trabe
 re quanq̄ quod nō habeo quinā auferas? CHA. At
 tu nesciebas quid tibi fuerit adportandū? ME. Scie-
 bam quidem, uerū non erat. Quid igitur? num ea gra-
 tia erat mihi semper in uita manendū? CHA. Solus
 ergo gloriaberis te gratis fuisse transuectum. ME.
 Haud gratis, o praeclare si quidē ex sentinā exhausti
 ex remū arripui, ex uectorū oīm unus non ciulaui.
 CHA. Ista nihil ad naulū, obulū reddas oportet, neq̄
 enim fas est secus fieri. ME. Proinde tu me rursum in-
 uitā reuehe. CHA. Belle dicis, nimirū ut uerbera etiā
 ab Aegēo mihi lucrificiā. ME. Ergo molestus ne sis.
 CHA. Ostende quid habeas in pera. ME. Lupinū si
 uelis ex Heate coenā. CHA. Vnde nobis hunc ca-
 nem adduxisti Mercurētum qualia garriebat inter na-
 uigandū uectores oēs irridens ac dictiterijs inaccessens,
 unusq̄; cantillans, illis plorantibus. MER. An igno-
 ras Charon quē uirum trasuexeris? planē liberū, cui
 q̄; nihil oīno aere sit. Hic est Menippus. CHA. At
 qui si unq̄ post hac te reaperō. ME. Si reaperis, o
 praeclare, ne possis quidem iterum recipere.
 ¶ Charon noctis & herebi filius, tria inferni flu-
 mina seu paludes obseruare dicūt, puta, Acheron.
 tem, stygē, & cocytū & aīas mortuorū ad pro-
 fundum herebi transuehit, quem Virgī, in, vi. pul-
 chre

Menippus, uir
 liber, cuiq̄, nihil
 omnino aere sit

Charon.

*Vergilius lib.
Sexto æneid.*

Naulum

Traiectum

in pticula

Sentina.

Ut pticula

**Vector
Hecate**

Hecate cœna

*in vespere
in vespere:*

Terminus

Hecate sacer

chre describit. Porritor has honedus aquas & flu-
mina seruat Terribili squalore Charon cui pluri-
ma mento Canices inculta iacet, stant lumina
flāma. Sordidus ex humeris nodo dependet ami-
ctus. Ipse ratē cōco subigit, velisq; ministrat. Et
ferruginea subiectat corpora cymba Iam senior
sed cruda deo viridisq; senectus. ¶ Naulū precīū
quod nautæ p vectura soluitur. Inue. Furor est
post oīa pdere naulum. ¶ Trañcere. i. transuehe-
re siue transportare. Inde traiectus locus vbi ho-
mines & res trañciunt een veer. ¶ Haud quaquā
auferre queas ab eo q, etiā ad hāc sententiā prinet
illud adagiū qđ vsurpat Plantus in asinaria. Nu-
do detrahete vestimenta me iubes. ¶ Num ea grā
quasi dicat non. significatio huius monosyllabæ
num est fere eadē quæ an sed subintelligit nō. Te-
ren. In Andr. Vide nū eius color pudorū signum
vsq; indicat. q. d. nō. ¶ Sētina locus est in ima na-
ui ad quē sordes vndiq; deflunt & aqua ipsa ī ima
nauī. ¶ Vt sequēte relatiuo pulchre capīt p quippe
siue vtpote. Quinti. Nec ignoro igit quos trans-
eo, nec vtiq; dāno, vt q dixerim esse in oībus vti-
litis aliquid. Vector significat & eū qui vehit. &
eū qui vehit. Hecate triiformis vmbraꝝ est dea
sic dicta, vel q centū vīctimis placet, vel q cen-
tū annos faciat errare sepultos. Torrellius & ple-
riq; alij putāt eandē esse cū Proserpina, vep. Lu-
cianus a Proserpina Hecatē in necromātia sepa-
rat. Per cœnā Hecatē vilē & parcā intelligas.
Nam vmbraꝝ vīctiarū malua & aspodelo vilissi-
mis herbis, præterea menades pisces, & triglas
in delicijs esse Hecate atq; illi sacras testat Athe-
neus libro septimo. Nam hi pisciculi vilissimi
sunt, & trigla etiam a ternione dicitur qui nume-
rus

rus Hecate facer est. Ita me docuit vnde cūq; do. 8
cūssimus Erasmus. ¶ Dīcteria scribit Macrobius Dīcteria
omnīa quæ facere, & breuiter, & acute dicuntur,
ea dīcteria appellari.

CRATETIS ac DIOGENIS.

CRATES.

Moerichū diuitē nouerat ne Diogenes illū
inquā supra modum diuitē, illum Corina
tho profectum, cui tot erant naues onusta
merābus, cuius consobrinus aristas, quum ipse quoq;
diues esset, Homericum illud in ore solebat habere.
Aut me confice tu, aut ego te te. DIOGE. Cuius rei
gratia sese captabant inuicem Crates? CRA. Hære
ditatis causa, quum essent æquales, uterq; alterum ca
ptabat. Iamq; testamenta publicauerāt ambo, in qbus
Moerichus (si prior moreretur) Aristā oīm rerū sua
rum dominum relinquebat Moerichum uicissim Ari
stas, si quidem ipse prior ē uita deaderet. Hæc igitur
cum essent in tabulis scripta, illi inter sese captabant
& alter alterum adulationibus, obsequiisq; superare
contendebat. Porro diuini, haud scio utrum ex astris,
id quod futurum sit coniectantes, an somnijs, quem
admodum Chaldei faciunt, quin & Pythius ipse
nunc Aristam uictorem fore pronuntiabat, nunc
Moerichū, ac trutinā quidē interim ad hunc, interim
ad illū propendebat. DIO. Quid igitur tandē, euenit

Nam

Moerichus diues
Aristas opulē

Sunt diuites
Captat:

obiter taxat
vatu cūcorū
ambiguitas va
cillans: —

Nam audire est opere prædum Crates. CRA. Eod
 die mortui sunt ambo. Caterum hereditates ad En
 niū ac Thrasyclē deuenerūt, quorū utrūq; cognat
 illis erat. At qui de his nihil prædixerant diuini fut
 rum, ut tale quippiā accideret. Etenī quū Syāone C
 tham uersus nauigarent, medio in cursu obliquo or
 iapige eo sunt depulsi. DIO. Recte factū. At nos
 effcemus in uita, nihil eiusmodi alter de altero cogiti
 bamus. Neq; enī ego unq; optabā, ut moreretur An
 tisthenes, quo nimirū baculus illius ad me rediret ha
 redem (habebat aut egregie ualidum) quē ipse sibi p
 rauerat oleaginū, neq; tu Crates opipor de syderaba
 ut me mortuo, in possessionū mearū successione uen
 res puta dolij, ac pignū quā quidē lupini Chenias in
 erant due. CRA. Neq; enim mihi quicq; istis re bu
 erat opus. Imo ne tibi quidē. Diogenes, si quidē quæ a
 rem pertinebant, quæq; tu Antistheni suadens acce
 pisti, deinde ego suadens tibi, ea nimirū multo sum
 potiora multoq; splendidiora q̄ uel persarū imperiū
 DIO. Quenā sunt ista quæ dicis? CRA. Sapienti
 inq; frugalitātē ueritatē, libertatē. DIO. Per Iouen
 memini me in istiusmodi opum hereditatē Antisthe
 ni successisse, tibiq; eas longe etiam maiores reliquisse
 CRA. Verū reliqui mortales hoc possessionū genu
 aspernabantur neq; quisq; nos ob spē potiunde her
 editatis obsequijs captabat, sed ad moriōes intendebā
 oculo

eoe: dolij ac pignū in
 qua 35

Sapientia frugali
 tis ueritas: liber
 tus persarū impe
 rio potiora:

RA. En oculos. DIO. Nec iniuria. Neq; enim habebant, quo
facultates cuiusmodi à nobis traditas acciperet, quippe
rimosi iam uitiatq; delicijs, non aliter q; uasa carie pu-
tria. Quo fit ut si quando quis in illos infundat, uel sa-
pientiã, uel libertatẽ, uel ueritatẽ, effluat illico persi-
letq; fundo quod immisum est, continere nõ ualente.
Cuiusmodi quiddã & Danaï filiabus aiunt accidere,
dum in dolum pertusum haustã aquã important. At
ijde aurũ dentibus & unguibus, omniq; ui scruebãt.
CRA. Proinde nos hic quoq; nostras possidebimus
opes. Illi simulasq; huc uenerint, obulũ duntaxat secũ
ferent, ac ne hunc quidẽ ulterius q; ad portitorem.
¶ Corinthus vrbs fuit achaie in faucibus istmi si-
ta. ¶ Consobrini proprie dicuntur duarũ sororũ
filiũ, sicut patruales duorũ fratrũ filiũ, qui uero ex
forore & fratre progeniti sunt, amitimi uocantur
¶ Equales dicuntur qui eorundẽ sunt annorũ. Te-
ren, in adelp. Amicũ nostrũ simile atq; æqualem.
¶ Chaldea regio est Asiẽ Arabiẽ contermina, in
qua Babylon ciuitas magna fuit. Chaldei primo
fiderũ obseruatione futura prædicere solebãt, &
postea uanitate eorum aucta artibus quibusdam
& maleficijs scire se oĩa, & posse profitebantur.
¶ Pythius vnũ est ex cognomentis Apollinis a
pythone serpente, quẽ interfecit. ¶ Trutina idem
est quod statera. Inde trutino & trutinor depo-
nẽs. Persi. Exporrecto trutinantur uerba labello.
¶ Opere precium. i. fructuosum & ytile. sic Iuue-
est opere precii pœnitur cognoscere toro. Quid
faciant agitentq; die. ¶ Sicyon fuit Plinio teste Sicyon
B Achata

aurorũ opulentia
intenteptusa
Goria.

nobis sum
post obitu gungi

Corinthus.
Consobrini

Equales

Chaldea

Pythius
Trutina

Cyrtha

2
antū cyrtheū

Lapix

Lupinus

Chenix

Rimofi

Danaus

Portitor

Achaia oppidū. Fuit itē eodē teste insula in mari
ægeō ex opposito ad epidaurum quā altā esse di-
cunt. ¶ Cyrtha teste Strabone in .ix. Vrbs est ve-
tusta sub caphin pnaſſi rupe ad mare locata, e re-
gione Sicyonis posita, ab qua incipit ad Delphos
ascensio, ibi est antū cyrtheū phebī oraculo cele-
berrimū. ¶ Lapix ventus est occideris alis, quē Gel-
caurū siue corum esse putat. ¶ Lupinus legumen
est teste Plin. Homini & quadrupedū generi vn-
gulas habenti commune, & vt homini in cibo fit
aqua macerat, & circummagit quotidie cū sole ho-
rascq; agricolis etiā nubilo demonstrat. ¶ Chenix
est cibi diurni mensura, vñ pitagorę dictū est cho-
nici ne insidias, q̄ admonemur ne de victu in cra-
stinū simus solliciti. Rimofi. i. pleni rimarū oīa es-
fuentes, hic Parmeno Terentianus dixit de se
plenus rimarū sum, sunt aut rimę hiatus angustio-
res & fissurę in re quę rumpi incipit. In rimari
inquirere. ¶ Danaus bellī prisci filius ex pluribus
cōiugibus quinquaginta filias habuit, quę cū quin-
quaginta filijs Egypti fratris danai nupsissent eos
oēs vna nocte interfecerūt pręter Hypermestram
quę Lino viro suo pepercit, ob quod nephas hac
pœna fingunt apud inferos damnatę danaides;
vt assidue in vrnis fundo carētib; haurire aquas
coganſ. ¶ Portitorē. i. charontē. Portitor enī dic-
cit q̄ vehit homines de littore ad litus, vel de na-
ui ad litus. Abusue etiā q̄ portat. Portitor dicit
sicut vector teste Seruio.

Nirei & Thersite.

Nireus.

ECa deniq; uel Menippus hic iudex erit, uter
nostrū sit formosior. Dic Menippe, an nō ti-
bi uideor forma præstātor? ME. Imo quinā
sitis

sits, prius arbitror indicandū. Nam hoc opinor satis
 est opus. NIR. Nireus ac Thersites. ME. Vter Ni-
 reus, uter Thersites? nondū enim uel hoc satis liquet.
 TH. Iam unum hoc uinco, q̄ tibi sum similis, neq; tā-
 topere me praecellis, quātopere te cecus ille Homerus
 extulit, unum oīm formosissimū appellans. Quin ego
 fastigiato uertice, rarisq; et impexis capillis ille, nubia
 lo te inferior uisus sum arbitro. Iam uero tēpus est,
 ut pronundes Menippe, utrum altero formosiorē
 existimes. NIR. Mirū nunc Aglaia charopeq; pro-
 gnātū, qui uir pulcherrimus unus oībus ē graijs pria-
 meia ad Pergama ueni. ME. Atq; nō itē sub terram
 opinor pulcherrimus uenisti, quippe q̄ reliquis quidē
 ossibus, alijs appareas assimilis, porro caluaria hoc uo-
 no insigni à Thersite caluaria dignosā possit q̄ tua
 delicata est ac mollicula. Quandoquidē isthuc habes
 effœminatum ac neutiquā uiro decorum. NIRE.
 Attamen Homerū percōtare quā specie tum fuerim
 quum inter Græcorū copias militare. ME. Tu quidē
 somnia mihi narras. At ego ea specto quæ uideo, quæ
 q; tibi adsunt in presentia, Caterum ista norunt, qui
 id ipis uiuebāt. NIR. Quid igitur tandē? An nō ego
 hic formosior Menippe? ME. Neq; tu neq; quisquā
 alius formosus hoc loco. Siquidem apud inferos æqua-
 litas est, paresque sum omnes. THERSIT. Mihi
 quidem uel hoc sat est.

apud inferos
 æqualitas

Nireus
Thersites

¶ Nireus erat oīm Graecorū qui ad Troiā nauigauerunt speciosissimus, infra tñ Achillē, sed erat imbellis. ¶ Thersites teste Homero in. ij. iliados fuit foedissimus oīm qui ad Troiā nauigauerunt, altero oculo strabone, altero pede claudō, angustissimis humeris, & ad pectus vsq; contractis, vertice acuminato, raro capillitio. ¶ Opus est sci to. i. scire. participiū präteriti tps ablti casus elegāter p infinitiū iungat his noībus opus et vsus

Homerus

¶ Homerus fuit oīm poetarū clarissimus atq; adeo pauper vt luminibus xgritudine amissis, nō esset illi vnde sumptus puero a quo duceret impēderet, cuius patriā fuerit maxie dissensum est, vnde teste Gellio septē vrbes cērant de stirpe insignis Homeri. Smyrna, Rhodos, Colophon, Samos, Chios, Argos, Athenæ. In Chio aut insula decessit & sepultus est. vt in Gelliū notauit la

Chio

Somnium.

cobus Bononiēsis hō impense doctus. ¶ Somnium est quod in somnis videre videmur. vnde p uerbialiter somnū & somnia rem futilem, inanē & nihil dicimus. Terent. in adelph. de argento somnium. ¶ Id temporis. i. eo tpe, venustissime enī sic vtimur id temporis pro eo tempore. Gel. Si libri copia fuisset id tps. Cice. Ad me vêturos esse id temporis prädixeram.

Diogenis, ac Mausoli.

Diogenes.



He tu Car, quare tandē insolens es tibiq;
places, ac dignū te credis, qui unus nobis
oībus anteponere? MAV. Primū regni
noīe o tu Siopēsis, quippe q Carie impetrauerim uni
uerse præterea Lydiæ, quoq; gentibus aliquot. Tum
aut & insulas nōnullas subegerim Miletū usq; per
uenierim,

uenerim, pleriq; Ionie partibus uastatis. Ad hæc for-
 mosus erā ac procerus, ac bellicis in rebus præualidus
 Postremo quod est oīm maximū, in Halicarnassō mo-
 numentū erectū habeo singulari magnitudine, quan-
 tum uidelicet defunctorum alius nemo possidet, neq;
 pari etiā pulchritudine cōditū, uiris. s. atq; equis, pul-
 cherrimo ē saxo uiuā formam absolutissimo artificio
 expressis, adeo ut uel phanū aliquod simile haud faci-
 le quis inueniat. Nū iniuria tibi uideor has ob res mi-
 hi placere atq; efferi? DIO. Nū ob imperiū ais, ob
 formā atq; ob sepulchri molē. MAV. Per Iouē ob
 hæc inquā. DIO. Atqui o formose Mausole neq; ui-
 res iā ille, neq; forma tibi iā adest. Adco ut si quē ar-
 bitrū de formæ præcellētia delegerimus, haud quāq;
 dicere potis sit, quā obrē tua caluaria meæ sit antefere-
 da, siquidē utraq; pariter, tū calua, tū nuda, utriq; den-
 tes pariter ostendimus, pariter oculis orbatī sumus, pa-
 riter naribus simis ac sursum hiātibus deformati. Cæ-
 terū sepulchrum, ac saxa alia preciosa Halicarnassēis
 forsitā iactare licebit, et hospitibus gloriæ causa ostē-
 tare tanq̃ q magnificā quandā apud se structurā ha-
 beāt, uerū qd hinc cōmoditatis ad te redeat uir egre-
 ge nequaquā uideo, nisi forsan illud commodū uocas q̃
 plus oneris atq; nos sustines sub tam ingentibus saxis
 pressus ac laborās. MAV. Ita ne nihil illa mihi con-
 ducunt oīa? planeq; pares erūt Mausolus ac Dioge-

nes? Dio. Imo haud parces inquir clarissime. Nā Mausolus discruciaabitur quoties earū rerū in mentē ueniet quibus in uita florere cōsuevit. At Diogenes interim eū ridebit. Atq; ille quidē de suo illo monumento qd est in Halicarnasso memorabit, ab uxore Artemisia, atq; sorore parato, cōtra Diogenes ne id quidē suo de corpore nouit nunqd habeat sepulchrum. Neq; enim illi res ea aere est, uerum apud uiros excellentissimos suā memoriā famamq; reliquit, ut qui uitā peregerit uiro dignam tuo monumento. Carū abiectissime, ælſiorē, actutiorē in loco substructam.

Caria
Car

¶ Caria regio est minoris Asiæ inter Lyciā & Romam, inde car caros aliquis de caria, cuius foe mininum est caiera teste Raphaele Regio in. 4. metamor. Ouidii. In Caria regnauit Mausolus, quem vxor ita amasse dicit, vt cineres eius cum odoribus mixtos biberit, Sepulchrum præterea ædificauerit tam egregijs operibus vt inter septē orbis miracula cōputei quod Mausoleū nūcupatur. Sinope es vrbs fuit Cappadoeciæ, & patria Diogenis, vt docet Pomponius. Ionia regio est in extremitate minoris Asiæ media inter Cariam & A Eoliā, cuius regionis Miletus vrbs car

Sinope
Ionia

Halicarnassus.

¶ Halicarnassus metropolis est Carię regionis in qua nobile Mausoleū extat. ¶ Quoties & toties sine n scribi Caper grāmaticus pcipit. ¶ Earū rerū in mentē venit sane q̄ elegāter dicit & subaudit recordatio, qualitas, status, memoria aut aliquid simile vt uult Valla. Cice. Cum illius diei mihi in mentem uenit, dicimus etiam. In mentem uenit de illa re.

Symt.

V

Enisti tandē et tu Polystrate ad nos quū
annos uixeris haud multo pauciores amū
opinor. PO. Nonaginta octo Symile. SY.

Sed quā triginta istos annos egisti, quibus mihi fueras
supstis. Nā ipse perij te ferme septuagenario. POL. q̄
suauissime pfecto, etiā si hoc mirū tibi uidebitur. SY.
Mirū uero, si qdē tibi primū seni, deinde inualido, po-
stremo etiā orbo quicq̄ poterat esse in uita suauē. PO.
Principio nihil erat qd nō possem, præterea pueri for-
mosi complures aderāt, tū mulieres nitidissime, unguē-
ta, uinū mire fragrās, postremo mense uel si uilis illis
lautiores. SY. Noua narras nā ego te planē sordidum
ac parāissimū esse sciebā. PO. Atqui uir præclari, ex
aliepis arcis opes mihi subscatebāt. tū diluulo p̄tinus
q̄ plurimū mortales ad fores meas uentitabāt, simulq̄
ex oī rerū gñe que terrarū ubiuis pulcherrime repia-
untur, munera deportabantur. SY. Nū me de functo
regnū gessisti? PO. Minime, uerū amantes habebā in
numeros. SY. Nō possum nō ridere, Tu ne amantes,
tantus natus quū esses uixq̄; tibi dentes suessent quat-
tuor? PO. Habebā per Iouē equidē optimates ciuitatis
Quūq̄; essem tum senex, tum caluus sicuti uides.
præterea lippicus etiā ac senio acutiens, postremo
naribus mucosis, tamen cupidissime mihi inservie-
bant adeo ut is foelix uideretur, quemauque uel

affpexiffem modo. SIMY. Num tu quoq; quemad-
modū Phaon ille, Venerē aliquam ē Chio tranſuerti-
ſti, ut ob id optanti tibi illa dederit, rurfum ad iuuen-
tam redire, ac denuo formoſum atq; amabilem fieri?
POLY. Haud quāq. Quin magis quum talis eſſem,
qualē dixi, tñ ſupra modū adamabar. SIMY. Acri-
gmata narras? POL. At qui notiffimus eſt hic amor
quū vulgo fit frequens, nempe erga ſenes orbos ac di-
uites. SI. Nunc tua forma unde tibi proſecta fuerit in-
telligo uir egregie, nimirū ab aurca illa Venerē. PO.
Verū tñ nō parum multas commoditates ab amanti-
bus tuli Simyle, propemodū etiam adoratus ab illis.
Porro ſepius etiā quaſi prociſ illis illudebam, exclu-
dens interdū nonnullos corū. Interim illi inter ſeſe de-
certabāt & in ambiendis primis apud me partibus,
aliū aliū antecire nitcbatur. SIMY. Sed age de ſacu-
latis tuis quid tandē ſtatueras? PO. Palam quidem
affirmabā, me unumquēq; illorū relicturū heredē.
Idq; illi cū crederēt futurū, certatim ſe quiſq; obſequē-
tiorē atq; adulantiorē prebebat. Cæterū alteras il-
las ueras tabulas, quas apud me ſeruauerā, reliqui, in
quibus oēs illos plorare iuſſi. SI. At poſtremæ illæ
tabule, quē pronuntiabant heredē? Num ē cognatis
quempiā? PO. Non per Iouem, Imo nauitiū quendā
ex formoſis illis adoleſcentulis natione Phrygen. SI.
Quot annos natum Polyſtrate? PO. Viginti ferme.

SI.

SI. Iam intelligo quibus obsequijs ille te decerneret. 13

PO. Attamen multo illis dignior, qui scriberetur hæ-
res, etiā si barbarus erat ac perditus. Quē iam ipsi etiā
optimates colunt captantq; . Is igitur mihi extitit hæ-
res. Iamq; inter patrios numeratur subraſo mento
barbaroq; aliu ac lingua. Quin eum Codro genero-
ſiorem, Nirco formosiorē, vlyſſe prudentiorē eſſe
prædicant. SIMY. Non laboro uel totius Græciæ ſit
imperator, ſi libet, modo ne illi potiantur hereditate.

¶ Sicala menſa prælata atq; opipera dicebatur. Sicala mēſa
vnde Plato de repu. li. iij. ſyraculanā amice men-
ſam & ſiculā in obſonijs varietatē non videris
approbare ita D. Erasmus centuria. ij. chiliadis. ij.

¶ Natu. i. natiuitate & ætate, abltūs ſolus in vſu
eſt teſte Serui. ¶ Muccus eſt nariū immundities. **Muccus**
inde muccoſus mucco plenus & obſiſus. ¶ Phaon

¶ Non tranſciendis viatoribus de ripa in ripā victum
ſibi quaeritauit, cumq; ſemel Venerē nulla pmiſ-
ſa mercede tranſuexiſſet ignorans q; dea eiſet ab
ea alabaſtrū vnguento plenā mercedis loco acce-
pit, quo cū ſe perunxiſſet formoſiſſimus omniū
mortaliū apparuit, atq; a Sapho poetriā celeberrima
adamatꝯ poſt tanq; mechus interfectus eſt

¶ Chios inſula eſt in mari ægæo leſbo vicina, **Chios**
quæ paruo freto ab aſia diuiditur. ¶ Procax id eſt **Procax**
proteruus & contumelioſus, Procarī veteres pe-
tere dicebant. vnde procax impudens in petendo
& laſciuius ſiue libidinoſus, & quia impudicæ mu-
lieres ne verbis quidem turpibus & mordacibus
abſtinent. Procatia contumelia dicitur & pro-
cax cōtumelioſus & pteruus. ¶ Phryx gis vir ex **Phryx**

Phrygia. Est ante phrygia regio minoris Asiae
& ea est Troia, puincia, cuius caput Iliū fuit olim
regia Priami. Formina vero dicit phrygia. Vir.

Demereon. Overē phrygia. ¶ Demeruerit, deninxerit, & de
te bñ merendo obligauerit, nā demereri est meri-
tis obligare. Quinti. Vt pleniori obsequio deme-
rerer amantissimos mei. Nec capīt demereri pro

Perditus malefacere, vt vulgus putat, sed cōmeremur ma-
la, meremur bona vt vult Dona. ¶ Perditus dicit
q in omne scelus est traditus teste Vallā. Nā p in
compositione aliqñ capīt in malū. Inue. sary. viij
Libera si dent populo suffragia quis tam perditus
vt dubitet Senecā pferre Neroni. ¶ Inter patrī-
cios. Patricij dicunt pgenies senatorū, q patres,
vel ab ætate, vel a curę similitudine appellabant.

Codrus Plebei aut patricijs opponebant. ¶ Codrus Athe-
nienſiū dux cū bellū esset, cū laconibus, extaretq
oraculū illos posse vincere, quorum dux in bello
caderet, sumpta humiliveste iuxta hostilia castra
furgio hostes sic laceſſiuit, vt incognitus necareſ
hæc Serui. vnde hostes cognito Codri corpore
per annulū quē gestabat, sine prælio discesserunt.
Hinc cū quempiā generosissimū significare vo-
lumus, dicimus Codro generosior.

Veneris & Cupidinis.

Venus.

Quid tandē in causa est Cupido, ut quē reli-
quos deos oīs adortus expugnavit Iouē ip-
sum, Neptunū, Apollinē, Iunonē, me-
deniq; matrē, ab una Minerva temperes, utq; adversus
hāc nec ullū habeat incendiū tua fax, & iaculis uacua
sit pharetra, tum & ipse arui careas, neq; iaculati no-
ris? CVPL. Equidē hāc metuo mater, est enī formida-
bilis

bilis truculentoq; aspectu, de ferocitate quidam supra
 modū uirili. Proinde si qñ tēso arcu petam illā, galcæ
 cristam quaties, expauescit, moxq; formidine treme
 re occipio, sic ut arma mihi ē manibus exadāt. VE.
 Atq; Mars an nō erat hac formidabilior? Et hūc tñ
 superatū exarmasti. CV. Imo ille cupide me recipit,
 atq; ultro etiā inuitat. Verum Minerva scmp addu
 ctis supercilijs obscruat. Quin aliqñ temere ad illam
 aduolauī facē propius admouens. At illa, siquidem ad
 me accesseris inquit, p parentē Iouē quouis modo te
 confectero, aut lancea te transfigam, aut pedibus arre
 ptum in tartara dabo precipitē, aut ipsa te discerpam.
 plurima itē id genus comminabatur. Ad hæc acribus
 obtutur oculis, postremo & in pectore faciē quan
 dam gestat horrendā uiperis capillorum uicē comatā.
 Hanc nimirū maximo pe formido. Territat enim me
 fugioq; quoties eā aspicio. VE. Esto sane Minervam
 metuis ut ais, atq; huius gestamen gorgona reformi
 das, idq; cū Iouis ipsius fulmē nō formidaueris. Cete
 rū Musæ quā ob cām abste nō feriūtur, atq; à tuis ia
 culis tute agūt? Nū & hæ cristas quatūt aut gorgo
 nas prætendūt? Cu. Has qdē reuereror mater. Sūt enī
 uultu pudico ac reuerēdo, præterea semp aliquo tenē
 tur studio, semp cātionibus aim intentū gerūt. Quin
 ipse etiā non raro illis assisto, carminis suauitate deli
 nitus. VE. Esto nec has adoriris, propterea q, sint re
 uerēde, & Dianam qua tandē grata nō uulneras?

CV. Vt breuiter dicam, hanc ne deprehendere quidē
 usquā sum potis quippe perpetuo per montes fugatā
 tem. Ad hæc alterius cuiusdam sui cupidinis illa tene-
 tur cupidine. VE. Cuius ò gnate? CV. Nempe uena-
 tu aruorum & hinnulorum, quos insectatur ut capi-
 at, ac iaculo figat. Ac prorsum tota ferū hmōi studio
 tenetur. Tametsi fratrem eius, qui nimirum arcu ua-
 let, & ipse scriūq; eminus. VE. Teneo gnate, cum se
 penumero sagitta uulnerasti.

Cupido

¶ Cupido Martis & Veneris fuit filius, quē delo-
 si veteres ingentis potentia amoris esse deū vo-
 luerunt. Pingebatur puer imberbis, cæcus, alatus,
 facem gestans & sagittas, quarū vna cuspide au-
 rata vulneratos ad amorem, altera plumbea ad
 odium impellit, quorū oīm rationē pulcherrimis
 versibus Pius pontifex & Marullus ingeniosissi-
 me complexi sunt. ¶ Iuppiter, Iuno, Neptunus, et
 Pluto saturni & opis filij fuerunt. Verum Iuppi-
 ter Innonem sororem suā eodem secū partu ædi-
 tam vxorē duxerat & cū Plutone Neptunoque
 fratribus regnum partitus, olympū sibi reseruans
 habitauit, q̄ insignis stupris & adulterijs fuerit,
 non ipse tantū sed & reliqua gentiliū caterua po-
 etarum carmina personant, & numerosa ex va-
 rijs mulieribus suscepta soboles docet. ¶ Apollo

Iuppiter.

Apollo

Minerua

& Iouis & Latonæ filius à poetis dicitur medi-
 cinæ artis repertor, diuinitatis deus, & musarum
 præses. Minerua sapientia dea, & omnium bo-
 narum artū inuentrix appellat. Hanc dicūt poe-
 tæ Iouis filiā sine matre, ita q̄ cū Iuppiter vide-
 ret Iunonē vxorē suā non ferentem liberos, per-
 cussio

cusso capite armatā Minervā emisit. Ouid. in. iij.
fastorū. An quia de capitis ferē sine mīe paterni
Vertice cū clypeo profuuisse suo. Eadem dicitur
belli inuentrix & princeps, hanc totā oculis, &
armis insignē, longamq; hastā cū cristallino cly
peo in quo erat caput Medusæ ferre dicunt poe
tæ. De qua re talē fingunt poetæ fabulā Medusa
vna gorgonū cum à Neptuno in templo Miner
uæ stuprata esset, irata dea ne tūm crimen inultū
maneret, crines eius quibus neptuno placuerat, in
angues vertit, deditq; vt eam aspicientes in saxa
verterentur. Hanc postea Perseus, Iouis Dana
esq; filius, acceptis talaribus & falcato ense Mer
curij, item scuto Palladis, Medusā vnico ictu
interemit. vnde Pallas vt terribilior hostibus vi
deretur, Gorgonis caput in suo clypeo gestauit.
Ouid. Gorgonium crinem turpes mutauit in hy
dros, Nunc quoq; vt attonitos formidine terre
at hostes Pectore in aduerso, quos fecit sustinet
angues. ¶ Pharetra theca sagittarū. Inde Cupido
pharetratus dicitur. ¶ Supercilijs. Cilium est supe
rius oculi operimentum. Inde supercilij infima
pars frontis quæ præeminet oculo, & quoniam
illo multis modis aīm indicamus, ponit, p graui
tate, & etiā superbā. Minerva ergo supercilijs ad
ductis. i. cōstrictis, quod irati faciūt, obseruat. i.
notat & custodit attentissime ne amoris iaculo
eam feram. ¶ Temere aduerbium est qualitatē, Temere.
significans stulte, inconsiderate, siue sine causa.
Bene. in octa. Nihil in propinquos temere consti
tui decet. Qui post Cice. nati sunt temere pro fe
re acceperunt, teste Valla. ¶ Tartarus proprie est
locus infimus infernorum. ¶ Musæ vt dicit He
fiodus ex Ioue & Mnemosinē hoc est memoria
natæ

1
Mars & non
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

nate sunt. & sunt nouē quare noia & inuenta sic
pcurrit. Virgi. Clio historias inuenit. Melpone
tragedias. Thalia comœdias. Euterpe tybias.
Terpsichore plalteriũ. Erato geometriã. Callio
pe liras. Vrania astrologiã. Polymnia rhetoricã
Diana Iouis filia ex Latona eodẽ partu cũ Apol
line nata dicitũ q virginitatis studio. hoim cõsor
tia fugiẽs syluas incolebat venatiõĩ intẽta. quare
cũ arcu & pharetra illã incessisse scribũt poetæ.
Virg. Illa pharetrã fert humero. Plurima id ge
nus lane q elegãter p eius gñis plurima dicimus
et oẽ genº p ois gñis. vñ Gel. scripsit Aristo. li
bros eẽ elegãtiarũ oẽ gñis refertos. ¶ Tãetsi frẽm
etº subandi ferio iaculis amoris. est ei aposiopisis.

Tametsi.

Martis ac Mercurij.

M A R S.

A Vdisti Mercuri cuiusmodi nobis minatus
sit Iuppiter. q̃ superba: quãq; dictũ absur
dũ Ego. inq̃t. si uolucro. catenã ex æthe
re dimittã. unde si uos suspensũ me uĩ detrahẽre cona
mini. iusseritis operã. Nunq̃ enĩ me deorsum trahetis.
Cõtra. ego uos uelim in aliũ attrahẽre. nõ uos modo
uerũ etiã tũ terrã ipsam. tũ mare pariter subuectũ in
sublime sustulero. Ad hæc alia p̃multa quæ tu quoq;
audisti. At ego siqdẽ cũ uno quolibet singulatim cõse
ratur. ita præstantiorẽ eũ esse. uiribusq; superiorem.
haud quãq; negauerim. uerũ unũ tã multis pariter in
tãtũ añallerc. ut eũ ne p̃dẽre qdẽ uincere queamus.
etiã ac mare nobis adiũxerimus id neutiq; crediderim.
MER. Bonã uerba Mars. Neq; enĩ sat tutũ est ista lo
q̃. ne qd forte mali nobis hæc petulãtia cõaliet. MA.

An uero credis apud quemlibet hæc dicturū me? Imo apud te solū id audeo, quē linguae continentis esse sār. bā. Sed quod mihi maxime ridiādū uidebatur, tū quū hæc minitantiē audirē, haud quēā apud te reticere, et enī meminērā quum nō ita multo añ Neptunus, Iuno, ac Pallas, mota aduersus eū seditione machinarentur cōprehensum illū in uinacula conijcere, quantopere formidarit, utq; in omnē spēciē sese uerterit. Idq; cū tres duntaxat essent dij. Quod ni Thetis misericordiā cōmota, Briareū Centimanū illi auxiliatū aduersuisset, ipso pariter cum fulmine ac tonitru uinctus erat. Hæc reputanti mihi ridere libebat eius magniloquentiam, iactantiamq;. MER. Tacē, Bona uerba. Neq; enim tutum est ista uel tibi dicere, uel audire mihi.

¶ Mars belli deus. Iunonis fuit filius absq; patre, **Mars** ut scribit Ouid, in fast. Nā Iuno commota q̄ Iupiter absq; muliere in interuā concussio capite emississet ad oceanū perrexerat consiliū sumptura q̄ pacto & ipsa sine viro concipere posset. sed in itinere cū desidisset lassā a dea flora vxore zephiri est edocta in campis oleniis florē esse quo tacto repēte conciperet, id postq̄ fecisset martē concepit, & peperit, hic deus tā dirus atq; cruentus inter alias multas Venerē adamauit, & Cupidinem genuit.

¶ Laceratis operā hoc est inaniter laborabitis. Teren. in phor. in illis opa ludit, hoc est perdit & frustratur & est puerbialis locutio in laborantē inaniter. ¶ Contra. i. ediuerso e contrario. Et est aduerbiū. y g. in. 1. genei. Sic venus & veneris contra sic filius orsus. Aliqñ etiā cōtra aduerbially caput et signi

Contra

Briareus

significat ex opposito, e contra putāt doctiores latine nō dici, q̄ Briareus fuit titanis & terræ filius fraterq; Cotti & Gygis centimanus Iouisq; amicus, de quo Theodocius talem fabulam refert, q̄ commoti dī aduersus Iouē Iuno puta & Neptunus vna cū Pallade in domo Nerei patris Thetidis deliberauerūt catenam facere & dormienti Ioui iniicere, quod Thetis Nerei filia & mater Achillis coelū ascendēs Ioui retulit, & secū Briareū Ioui auxiliatū adduxit, quē cū vidissent conuati eo q̄ fortissimus æstimaretur confestim a corpore destitit & sic tutatus est Iuppiter. Latini aut̄ poetæ scribūt Briareū Iouis & deorū hostem infestissimū fuisse, eumq; in foribus inferni excubias agere, vt scribit Virgi. in. vi.

Mercurij & Maia.

Mercurius.

E St uero mater deus quisq̄ in cœlo me miseris
or! MA. Caue ne quid istiusmodi dixeris
Mercuri. MER. Quid nō dicā? q̄ quidē tantū
negodorū solus sustineā, quibus de lassor in tā multa
ministra distractus? Nam mane protinus surgendum
est mihi. statimq; uerrendū a naualū, ubi dī com-
potant. Tum ubi curiā in qua consultant undiq; strae
uero, ac singula ita ut oportet composuero, Ioui ne-
cessum est assistere, ac pferendis illius mandatis toto die
sorsum ac deorsum cursitare, insuper cū redeo, pulue-
rulentus adhuc, Ambrosiam apponere cogor. Porro
priusq̄ nouitus iste poallator aduenisset, ego nec tar-
etiam ministrabā. Quodq; est oīm indignissimū, solū
oīm ne noctu quidē agere quietē licet, uerū id quoq;
temoris

temporis neceſſe habeo defunctorum animis ad Plu-
 tonem deducere, maniumq; gregi me duam præbere,
 tum autem & tribunalibus aſſiſtere. Neq; enim mihi
 ſufficiebant ſalict diurna negotia, dum uerſor in pa-
 leſtris, dum in condonibus preconis uiuere ago, dum
 orat ores inſtruo, in hæc quoq; prouincia accedat, ut
 ſimul etiam umbrarum res diſponam. Atqui Leda
 filij alternis inter ipſos uiuibus apud ſuperos atq; infe-
 ros agitant mihi neceſſe eſt quotidie, tū hoc, tum illud
 pariter agere. Deinde duo illi Alcmena ac Semele mi-
 ſeris prognati mulieribus, oſioſi in conuiujs accum-
 bunt, at ego Maia Atlantide progenitus illis miniſtro
 ſalict. Quin nunc cum reuens Sidone à Cadmi filia re-
 uerſus eſſem. Nam ad hæc me legarat uisum quid age-
 ret puella, priuſq; reſpirafſem, & adhuc anhelum de-
 uia uerſum ad Argos emandauit uisum, qui cū Da-
 nae ageretur, Rurſum inde in Bœotiam proſectus in-
 quit. obiter Antiopam uiſito, adeo ut planè iam pari-
 turum me negarim, q; ſi mihi licuiſſet, lubens proſecto
 fœſſem, id quod ſolent ij qui in terris duram ſeruiunt
 ſeruitutem. MAIA. Miſſa fac iſta gnate. Deæt enim
 per omnia morè gerere patri, cum ſis iuuenis. Ac nūc
 quo iuſus es Argos contende. Deinde in Bœotiam,
 ne ſi æſaris fueriſq; lentior, plagas etiam auferas.
 Nam iræ ſaundi ſunt qui amant.

C Maia

Maia

¶ Maia Atlantis ex Pleione coniuge filia Iouis concubuit atq; ex eo peperit Mercurium, quem Iuno præ omnibus pellicibus adamauit, ita vt Mercurium mox natum suis vberibus lactauerit, sicq; diuino lacte perfusus (licet ex mortali natus) immortalis tamen effectus est, dictusq; est Mercurius deus facundia, mercatorum, palestre, furum, nunciuq; & interpres deorum, galero tegitur, alata fert talaria, et virgam caduceam qua animas vt scribit Virgi. Ille euocat orco pallentes alias subtristia tartara mittit. ¶ Protinus per i aduer-

Protinus
Protenus

bium est temporale, id est statim. Protenus per e aduerbium locale, id est porro tenus, author est

Coenaculū

Caper grammaticus. ¶ Coenaculum locus appellatur vbi coenamus vt auctor est Varro. sed postquam in superiori parte coenitare ceperunt superioris domus vniuersa coenacula dicta sunt. Et coenatio locus in ima ædium parte ad coenam sumendam. ¶ Ambrosiam pro deorum cibo & vnguento vsurpant poetæ nec temere, quia ἀμβροσία dicitur immortalis. Martia. Iuppiter ambrosia satur est & nectare viuít, id est de nectare. Apulei. in. vi. Tunc poculum nectaris quod vinum deorum est. Et capitur etiam ambrosia pro herba quæ alio nomine artemissa dicitur.

ganimedes

¶ Nouicius pocillator, id est Ganimedes: fuit aut Ganimedes tróis regis Dardanorū filius, & ob admirandā pulchritudinē a Ioue in forma aquilæ raptus, quem Iupiter pincernam suam fecit amota Hebe Iunonis filia, eo q; dum Iouis apud Aethiopas comessanti ministraret cadens corporis sui obscena omnibus superis monstrauit.

Palest.

¶ Palestra dicitur à nostris luctatio. Verg. Cor. 19

poraq; agrestis nudant prædura palestra. Capitur Palestra. *l. lucta.*

etiam pro loco ubi exercebantur palestritæ. In

concionibus concionem tria significare docet

Aulus Gellius locum suggestumq; unde verba

fierent. Item significare cœtum populû assisten-

tis. Item orationem ipsam quæ ad populû dicitur

In concionibus hoc est, in conuentu & congre-

gatione multorum. Mercurius preconis agit, dū

Iouis & maiorum mandata populo ore nunciat

Ledæ filij Castor & Pollux. Cum Castor i pu-

gna aduersus Athenienses cecidisset, Pollux iu-

am immortalitatem cum illo communicauit, &

impetrauit à Ioue vt alternatim viueret. Verg.

in sexto. Si fratrem Pollux alterna morte redemit

Duo illi alcmæna &c. i. Hercules & Bacchus

Nam Hercules fuit Iouis alcmænae filius, Bac-

chus vero Iouis ex Semele Cadmî filia. Sidon, Sidon,

oppidum est Phœniciæ regionis, & apud Sido-

nem & Tyrum Cadmū cum Phœnice regnas-

se scribit Eusebius. Cadmî filia quatuor fuere Se-

mele, Agaue, Autonoe, & Ino cum Semele Danae Danae

Iouem concubuisse vulgatum est. ¶ Danae Danae

Acrisij Argiuorum regis filia à patre in quadam

turri conclusa fuit ob id quod in responsis ha-

buit se manu eius qui ex filia nasceretur mori-

torum, ad hanc Iuppiter (cum alia non pateret

via) in aureum imbrem ex regulis per impluui-

um in gremium eius se cadere permisit, quæ ex

eo compressu Perseum genuit. ¶ Argos nomen Argos

est vnius regniculæ in Græcia. unde Græci Ar-

giui dicti sunt, fuit & nomen aliquot oppidorū

Obiter

Antiope

Græciæ. & est in singulari neutri generis, in plurali vero masculini. ¶ Obiter aduerbium est & significat in transcurso transeunter, & quod vulgo dicitur incidenter quasi præter propositum dictio cōposita ab ob & iter. ¶ Antiope Lyci thebarū regis vxor fuit asopi filia, vel vt alij volunt, nyctei. Hanc Iuppiter in satyrum conuersus grauidam fecit. quæ Zetum & Amphionem ex eo cōpressu peperit.

Veneris & Cupidinis.

Venus.

Cupido gnate? uide quæ facis flagitia. Nō iā de his loquor, quæ te impulsore mortales in terra uel in se quisq; uel inuicē alij in alios faciunt, uerū de his ago, quæ apud superos quoq; dignas, qui quidem Iouem ipsum cogis uarias assumere formas, in quodamq; tibi pro tēpore uisum fuerit, eū uertens. Tum Lunā ē cœlo deuocas. Quin & Solem aliquoties cōpellis lentum apud Clymenē cessare auri gaudi muneris oblitum. Nam quicqd inuiriæ in me matrē etiā cōmittis, audacter ac tanq̃ tuto facis. Verū tu quidem o deorum oīm confidentissime, Rheam in super ipsam iam anum, præterea deorū tum multorū parentē, eo perpulisti, ut Pusionem adamet, atq; in Phrygium illum adolescentulum depereat, ac tua iam opa insanit, iunctisq; leonibus, adhibitis item Corybantibus, quippe q̃ & ipsi furore quodam sint afflati, p̃ Idam montē sursum ac deorsum oberrat, ipsa qdē Artis amore ciulans. Cæterū Corybantum alius suū

Nam

Nam ipse penem ense deſecat, alius demiffa coma per
montes fertur infanus, alius cornu canit, alius tympano
91
tonat, alius cymbalo pſtrepit, breuiter omnis una
diquaq; Ida tumultus, atq; infanie plena eſt. Proinde
cuncta timeo. Metuo ne tale quid accidat, quandoqui
dem te produxi, malum ingens, ut ſi quando reſipiſcat
Rhea, uel potius ſi pergat inſanire, Corybantibus im
peret, ut te correptū diſerpant, aut leonibus obijciāt
Hic me ſollicitat metus q; uideā tibi periculū immine
re. C. O aōſo aīo eſto mater, ſiquidē leonibus etiā ipſis
iam familiaris ſum factus, ita ut ſepenumero conſan
ſis eorū tergis, prehcnſaq; iuba, equitis ritu inſidens
illos agitē. At uero illi interim mihi caudis adblandi
untur, ac manū ori inſertā reaptant, lambunq; dein
de mihi reddūt innoctā. Porro Rheae ipſi qñ tandem
uacauerit, ut me ulāſatur, quum in Atte ſit tota? Po
ſtremo qd ego pecco, quū res pulchras, ut ſunt offero,
ac demōſtro? uos ne appetite res pulchras. Quare his
de rebus ne in me crimen conſerte. Num uis ipſa tu
mater, uti neq; tu poſthac Martē ames, neq; ille te?
VE. Vt es puicax, & nulla in re nō ſuperas. Attamē
horū que dixi aliquando me mineris.

¶ Deſignare vetuſtiſſimo ſignificatu eſt rē nō. Deſigno
uam facere in vtrāq; partem & bonā & malam
ſicuti docet Donatus enarrās illud Terentius in
Adelp. Nā illa quæ facta ſunt omitto, modo qd
deſignauit fores effregit. ¶ Varias formas. nam

- Iuppiter impatientia amoris se vertit in taurum, in aquilam, in olorem, saryrum, amphitritionem, aurum, ignem, pastorem, serpentem, vt scribit Ouidius in. vi. metamor. ¶ Endimion pastor fuit ad modum formosus, cum in lamio Cariæ monte aliquando obdormiisset à Luna deoscularus est quæ in eius amorem exarserat, ita vt fratri bigas suas agitandas dederit. Seneca in hyppolyto. Arsit obscuri dea clara mundi nocte deserta nidosq; fratri tradidit currus aliter regendos & c.
- Clymene ¶ Clymene fuit Oceani & Tethyos filia & q̃a forma præstabat Soli placuit ex quo cōcepit Phaetontem & sorores eius. Aurigor, rego, moderator. Valla. Hæctori aliquis fratrum fere aurigabatur currum. ¶ Aurigandi, aurigari est currum regere. Laurentius Valla. Hæctori aliquis fratrum fere aurigabatur currum. ¶ Rhea quæ & Cybele & Berecynria & Ops dicitur, filia fuit Cœli & Vestæ & Saturni fratris sui coniunx. Hanc poetæ Iouis & aliorum plurium deorum matrem dixerunt, eiq; quadrigam à quatuor leonibus tractam assignauerunt & capiti eius turritam coronam & septem manibus addiderunt. Et cum incederet, sacerdotes dicti galli tymbana tangentibus & æra præcedebant & Corybantes armati illam ambibant. Atys puer Phrygius ad amatum à Rhea matre deorum, cum ei castitatem promississet quam non seruauit, in furorē versus seipsum excastrauit. ¶ Pusio dicitur proprie paruus puer. Cicero in oratione pro Celio. Pusio cum maiore sorore cubitauit. Veteres eundem pusum & pusam puellam dixerunt, capitur tamen sæpe pro scorto masculo.
- Corybætes ¶ Corybætes sacerdotes sunt cybeles siue Rheæ

qui

qui in sacrificiis matris deorum armati saltantes 20
casti & puri sunt assumpti corybantes autem ap-
pellati q̃ inter saltandum capita iacent.

DORIDIS ac GALATEAE.

DORIS.

Formosum amante Galatea, nempe sialum
istū pastore, aium amore tui deperre. GA.
Ne ride Doris, ctenī qualis qualis est, Ne-
ptuno patre prognatus est. DO. Quid tum postea,
si uel Ioue ipso sit progenitus, quum usq; adeo agrestis
atq; hispidus appareat, quodq; est oīm deformissimū
uoculus? An uero credis genus illi quicq̃ profuturū
ad formam. GA. Ne isthuc quidem ipsum, q̃ hispidus
est atq; agrestis ut tu uocas illum deformat, quin uiri-
le magis est. Porro oculus media in fronte deat etiā,
quo quidem nihilo segnius aruit quā si duo forent.
DORIS. Videris Galatea non amantem habere Po-
lyphemū, sed illum potius adamare, sic eum prædicas.
GALA. Equidem haud adamo, sed tamen insignem
istā uestrā insultandi, opprobrandiq; petulantia ferre
nō quco. Ac mihi nimirū inuidencia quadā isthuc fac-
ere uidemini, ppter ea q̃ ille quū forte aliquñ gregē pa-
scret suum, nosq; è littorali specula in littore ludentes
ærneret in p̃minentibus Aetne pedibus qua uidelicet

inter montem et mare litus sese in longum porrigit,
uos ne aspexerit quidem, at ego omnium una uisum
formosissima, coque in unam me coniecit oculum. Ea
res uos male habet. Nam argumentum est, me forma
præstantiorem esse, ac digniorem, quæ amur, uos con-
tra fastiditas esse. DOR. An istud tibi putas inuiden-
dum uideri, si primum pastori, deinde lusco formosa
uisa sis? quanquam quid aliud ille potuit in te proba-
re præter candorem? is illi placet opinor quod, cæso et
lacti assueuerit, proinde quicquid his sit simile, id pro-
tinus pulchrum iudicat. Alioqui ubi libebit scire, qua-
sis facie de scopulo quopiam in aquam si quando tran-
quilla steterit despectans temetipsam contemplare,
uidebis aliud nihil nisi perpetuum candorem, uerum
is quidem non probatur, nisi rubor admixtus illi de-
cus illi iunxerit. GAL. Atqui ego illa immodice can-
dida, tamen: eiusmodi habeo amantem, quam interim
e uobis nulla sit quam uel pastor, uel nauta, uel portu-
tor aliquis miretur. Ceterum Polyphemus (ut alia ne
dicam) etiam amandi peritus est. DOR. Tacito Gala-
tea, audiuius illum amantem cum nuper pruriret in
te, sed o sancta Venus asinum rudere dixisses, Nam
lyre corpus simillimum erat aruino capiti ossibus re-
nudato, tum cornua perinde quasi abiti prominebāt.
Is iunctis inductisque fidibus ne smui quidem admo-
uens agreste quiddam et absonum cantilabat, quam aliud
inte-

interim ipse uox caneret, aliud lyra succineret. Ita ut
 temperare nobis nequicrimus, quin rideremus amato-
 riam illam cantionem. Nam Echo ne respondere qui-
 dem illi uoluit balanti, quum sit adeo garrula, imo pu-
 duisset si uisa fuisset stridulum illius & ridiculum can-
 tum imitari. Ad hæc gestabat in ulnis amasius iste de-
 lias suas uersi catulum pilis hirtum ipsi non dissimile,
 quis autem non inuideat tibi amicum istum Galatea.
 G A. Quin tu igitur Dori tuum ipsius amicum nobis
 commonstra qui meo sit formosior, quiq; doctius ac
 melius uel uox canat, uel cythara. D O R. Mihi quidē
 nullus est amator, neq; me hoc nomine iacto, quasim
 uehementer amabilis, uerū tamen istiusmodi amicum
 qualis est Polyphemus nempe totus hircū olens, tum
 crudis uicitans carnibus, & hospites siqui appule-
 rint deuorans, tibi habeas, eumq; tu mutuum ames.

¶ Sicilia regio est fertilissima olim Italiæ coniun Sicilia
 cta, nunc mari discreta: inde siculus pastor dictus
 est. ¶ Polyphemus cyclops cui oculus duntaxat Polyphe-
 vnus in fronte q̃ in sicilia pasceret oues, de huius mus
 inusitata magnitudine, crudelitate in hospites ani-
 mi tuq; Vlyssis, quo eum cecauit. Virgi. in. iij.
 æneid. & Ouidi. xiiij. meta. graphice scripserunt.
 ¶ Doris nymphea est seu dea maris oceani & te. Doris
 thyos filia, ponitur pro aqua interdum ueluti ple-
 raq; nomina deorum dearumq; & inuentorum
 pro rebus uel inuentis uel quibus præsent. ut Te-
 rentij. Sine Cerere & Baccho friget Venus.
 ¶ Hispidus proprie setosus dicitur, horrorem ta. Hispidus

men quendam denotat qui vel natura vel incuria
accidit. Vnde Polyphemus apud Ouidi. in. xij.

Barba viros decet hirtæq; in corpore setæ. Et
Diogenes interrogatus cur tam prolixam bar-
bam nutriet, vt hanc tangens respondit memi-
nerim me virum esse. ¶ Insulto præter alia signi-
ficat irridere. ¶ Opprobriare est conuitiari & con-
tumeliose aliqua cuiuspiam obijcere. Hinc oppro-
brium ignominia dedecus. ¶ Specula locus est
ædius & eminens vnde procul liceat videre &
speculari. ¶ Aethna mons est Siciliæ perpetuo
igne incensus, qui flammæ, cinerem, & fauillas
frequenter euomit. In hoc cyclopes dicuntur lous
fabricare fulmina. lacere oculum in alium est a-
moris causa & beniuolentiæ quempiam blande
aspicere. ¶ Male habere quandoq; est vexare &
torquere: interdum ægrum esse & morbo labo-
rare. Immodice non modice sed multum. Can-
dorem perpetuum, bene & conuenienter expres-
sit colorë eximie album, & Galatea dicitur qua-
si lactis dea. ¶ Prurire proprie est vri desiderio
& appetitu confricandi sese. Pruritus talis naturę
appetitus: transumitur hic vt libidinem notet, qua
homo lasciuens in mulieris concupiscentiam ar-
descit. ¶ Echo dea est quæ clamantibus respon-
det. Phisici vocant repercussionem soni ex obie-
ctu laterum loci cauernosi aut concaui. ¶ Hyrcu
olere est fetere more hyrci,

DIOGE.

Diogenes.


 Vid hoc rei est Alexander? Ita ne defun-
ctus es tu quoq; perinde atq; nos omnes?

ALEX. Vides nimirum Diogenes.
Tamen si mirandum non est, si homo cum fuerim de-
functus sim. DIO. Num ergo Iuppiter ille Ham-
mon mentiebatur cum se suum filium esse diceret, an
vero tu Philippo patre prognatus eras? ALEX.

Haud dubie Philippo. Neq; enim obiissem, si Ham-
mone parente fuisset progenitus. DIOG. Atqui
de Olympiade etiam consimilia quædam strebantur
puta draconem quendam cum ea fuisse congressum,
uisumq; in cubiculo, ex eo gravidam peperisse te.

Porro Philippum errare falliq;, qui se tuum patrem
esse crederet. ALEXAND. Inaudieram qui-
dem & ipse ista quemadmodum tu, at nunc uideo
neq; matrem. neq; Hammonios illos uates sanq;
quam aut ueri dixisse. DIOGENES.

Attamen istud illorum mendacium Alexander ad
res gerendas haud quaquam tibi fuit inutile, propter
ea quod uulgus te uerebatur, metuebatq;, quum de-
um esse crederet. Sed dic mihi, cum iam tam ingens
illud imperium moriens reliquisti? ALEX. Id equi-
dè ignoro Diogenes. Celerius enī ē uitā submouebat
q̄ut esset oculū de illo quicq; statuendi, præter id unum
q̄ moriens

q̄, moriens Perdiccæ annulum tradidi. Sed age quid
rides Diogenes: DIOGE. Quid ni ridcam. An
non meministi quid Græci fecerint, quum nuper tibi
arrepto imperio, adularentur, principemq̄; ac ducē
aduersus Barbaros diligerent? Nonnulli uero in dua
odecim deorum numerum referrent, ac phana consti
tuerent, deniq̄; sacra facerent tanquam draconis filio.
Sed illud mihi dicito. Vbi te sepelirunt Maædones?
ALEXAN. Et iam dum in Babylone iaceo tertiu
iam dicm. Porro Ptolomæus ille satellites meus, si quan
do detur ocium ab his rerum tumultibus quæ nunc in
stant, pollicetur in AEGyptum deportaturum me, at
que inibi sepulturum, quo uidelicet unius fiam ex dijs
AEGyptijs. DIOG. Non possum non ridere
Alexander, q̄ quidem te uideam etiam apud inferos
desipientem, sperantemq̄; fore, ut aliquando uel anis
bis fias, uel Osiris. Quin tu spes istas omittis o diuina
issime, neq̄; enim fas est reuerti quenq̄ qui semel pa
ludem transmiserit, atq̄; intra specus hiatum descen
deret. Propterea q̄, neq̄; indiligens est AEacus, neq̄;
contemnendus Cerberus. Verum illud abs te discere
peruelim, quo feras animo, quoties in mentem redit,
quanta fœlicitate apud superos relictâ huc sis profe
ctus, puta capitis custodibus, satellitibus, ducibus, tum
auri tanta ui, ad hoc populis q̄ te adorabant. Præter
ea Babylone Bactris, immanibus illis beluis, digni
tate,

tate, gloria, deinde q̄ eminebas conspicuus, dum ue-
 stareris, dum amiculo candido caput haberes reuin-
 ctum, dū purpura circūamictus eſſes? Nunq̄d hæc te
 diſcrutiant, quoties reuſant aīo? Quid lachrymas ſtul-
 te. An non id te ſapiēs ille docuit Ariſtoteles, ne res
 eas quæ à fortuna proficiſcātur ſtabiles ac firmas exi-
 ſtimares. ALEX. Sapiens ille? quū ſit aſentatorū
 oīm p̄diſſimus. Sine me ſolū Ariſtotelis facta ſcire
 q̄ multa à me petierit, quæ mihi ſcripſerit, deinde quæ
 admodū abuſus ſit mea illa ambitione, qua cupiebam
 eruditione cæteris præſtare, quū mihi palparetur inte-
 rim, at prædicaret me, nūc ob formam, tanq̄ et ipſa
 ſummi boni pars quædam eſſet, nūc ob res geſtas atq̄
 opes. Nam hæc quoq̄ in bonorū numero collocādas
 eſſe cønſebat, ne ſibi uitio uerteretur, q̄ eas acciperet.
 Plane præſtigioſus uir ille quidē erat ac fraudulētus
 o Diogenes, quanquā illud fructus ſaliat ex illius ſa-
 pientia ſero, q̄ nūc perinde quaſi ſummis de bonis ex-
 crucior, ob iſta quæ tu paulo ante commemorasti.

DIOGE. At ſcin quid faciēs? Oſtendam tibi mo-
 leſtiæ iſtius remedium. Quandoquidem his in locis
 ueratrū non prouenit, fac ut Lethæi fluminis aquā
 auidis faucibus attrahens bibas, iterumq̄ ac ſæpius
 bibas. Atq̄ eo pacto deſines de bonis illis Ariſto-
 telicis diſcruciari. Verum enim Clitum etiam illū, et
 Caliſthenen uideo, cunq̄ his alios compluris raptim
 huc

*huc sese ferentem , quo te discerpant , poenasq; sua-
mant ob ea quæ quondam in illos commisisti, qua-
re fac in alteram hanc ripam te conseras , & cre-
brius (ut dixi) bibas.*

Hammos. ¶ Hammos Græce arena. Hammon arenarius
Epitheron Iouis, quia Iuppiter colebatur in lo-
co arenoso & extremo Lybiæ, quomodo Apol-
lo clarius. est dictus q̃ coleretur in insula claro.

Olympias. ¶ Olympias regina Macedoniæ mater Alexan-
dri. Aliter tempus quinq; annorum apud Græ-
cos sicut apud Latinos. Lustrum spatium est

Erro quinq; annorum. ¶ Errare est verum pro fal-
so, aut pro falso verum, aut certum pro incerto
asserere, falli, decipi. Hammonij vates, sacer-
dotes, prophetæ Iouis Hammonis. Perdica

Babylon. vnus ex ducibus Alexandri. ¶ Babylon vrbs
Caldeæ ingens & ampla a turre Babel, quod
confusionem notat etenim cum vnica esset lin-
gua & homines turrim vsq; sydera ædificare
statuerent, deus linguâ eorum confudit, impie-

Dij maio- res. tatemq; pluralitate ideomatum plexit. ¶ In du-
odecim deorū, duodecim dij erāt selecti qui ma-
iores gentiū dij dicebant. Iuno, Vesta, Minerva

Egyptus. Ceres, Venus, Diana, Iuppiter, Mars, Mercu-
rius, Neptunus, Vulcanus, Apollo. ¶ Egyptus
regio Lybiæ vbi perpetua est serenitas atq; ea
causa Nilus fluuius illam singulis annis irrigat,
Proq; magnitudine inundationis eius, aut ca-
ristia est, aut vilitas annonæ. ¶ Dij egyptij Ido-
la in

la in Aegypto culta, quæ plurima erant. ¶ Anu. 24.
bis Mercurius in forma canis ab Aegyptiis ve. Anubis
neratus, Alij filium Osiridis q̄ canem insigne
gestaret sub canis imagine cultum dicunt. ¶ Osir. Osiris
rex Aegypti tandem in deos relatus cum vxore
sua Iside colitur sub imagine bouis, quem Apin
ceu Serapin appellant, propterea quod ab vxore
post cædem eius a fratre factam quæsitus, & in
uentus laceratus, ibidem postea repertus bos cre
ditus sit fuisse Osiris. ¶ Palus hic est aqua stagna
lis apud inferos, de qua Vergilius in sexto æneid.
¶ Eacus vnus inferorum iudex. Tres enim di. Eacus
cuntur esse. Rhadamanthus, Minos, Eacus, o
mnes reges Cretenses, & ob iusticiam filij Io
uis dicti, ob seueritatem autem apud inferos iudi
ces existimati. ¶ Bactra regio Scithiæ, vltra Asi. Bactra
siriā nomen quoq; vrbis quæ caput regionis
est. Bactri qui & bactriani populus loci illius &
declinatur bactra tantum pluraliter. ¶ Amicu
lum, redimiculum, vitra quam teniam vocant.
¶ Aristoteles summus philosophus Alexandri
præceptor. ¶ Palpari, adulari, assentari. ¶ Presti
giosus vir fascinator, versipellis, veratrum, helle
borus herba qua melancholia purgatur ac men
tis sanitas conciliatur. ¶ Lethe flumen infero. Lethe
rum, quod qui gustat, omnium rerum obliuisci
tur. ¶ Clitus nutricis Alexandri filius, dux eius Clitus
fidissimus, qui Alexandrum pugnātem ab ictu
læta li sese obijciens defendit. Sed tandem ab
ebrio Alexandro quod liberius patris Philippi
res gestas extulisset interemptus.

Calist.

Calistenes ¶ Calistenes philosophus Alexandrū in Indiam
secutus & ab eo truncatus nasum, manus, aures
more feræ in cauea reclusus fuit, q̄ ipsum nō ado-
raret & adorantes barbaros irrideret.

MENIPPI & CHIRONIS.

MENIPPVS.

E Quidē inaudiui Chiron te deus quū es-
tī optasse mortē. CHI. Vera nimirum sunt
ista quæ audisti Menippe. Planeq̄ mortuus
sum sicuti uides, quum mihi liauerit immortalem esse.
ME. At quæ nam te mortis cupido tenebat, rei uide-
liat, quam uulgus horreat. CHI. Dicam apud te, ui-
rum neutiq̄ stultum atq̄ imperitū. Iam ubi desierat
esse iuandum immortalitate frui. ME. Quidē An in-
iuandum erat te uiuere, lucmq̄; tueri. CHIR. Erat
inquam Menippe. Nam quod iuandum uocant, id
ego neutiq̄ simplex, sed uarium quiddam esse arbi-
tror, Verum quū ego semper uiuerem, atq̄; iisdem
perpetuo rebus uterer, sole, lucē, cibo, tum horæ eā-
dem recurrerent, reliqua item omnia, quæcūq̄; con-
tingunt in uita, reciproco quodam orbe redirent, at-
que alijs alia per uices succederent, satietas uideliat
eorū me cepit. Neq̄; enim in eo uoluptas est sita si per-
petuo fruaris iisdem, sed omnino in permutando po-
sita est. ME. Probe loqueris Chiron. Cæterum hæc
quæ apud inferos agitur uita, quinam tibi proædit,
posteaq̄

posteaq̄ ad hanc tanq̄ ad potlorem te contulisti? CHI. 25

Haud insuauiter Menippe. Siquidem æqualitas ipsa quiddam habet ad modum populari. Nihil autem interest, utrum in luce quis agat, an in tenebris. Præterea neq̄ siticndū est nobis quēadmodū apud superos neq̄ esuricndū, sed cuiusmodi rerum omnium egentia uacamus. ME. Vide Chiron ne temet ipse inuoluas, neue eodem tibi cadat oratio. CHI. Quamobrē istuc ais? ME. Nempe si illud tibi fastidio fuit, q̄ in uita semper isdem similibusq̄ rebus utendum erat, quum hic indem similia sint omnia, eundem ad modum parient fastidium. At de integro tibi querenda erit uitæ commutatio atq̄ hinc quoquam aliam in uitam demigrandū id quod arbitror fieri non posse. CHI. Quid igitur faciundum Menippe. MENIP. Illud nimirum ut sapiens quum sis, quemadmodū opinor, et uulgo prædicant præsentibus rebus sis contentus, neq̄ quicq̄ in his esse putes quod fieri non queat.

¶ Chyron centaurus Saturni & Philyræ filius Chyron oēs sui temporis bonitate & iustitia superauit, argonantarū cū qbus nauigauit iudex & medicus, Esculapiū & Achillē medicinā docuit, quā et uirtutes herbarū inuenit, in monte Pelio cū hospitris Herculis sagittas hidre sanguine tinctas qbus immania centaurorū corpora prostrauerat admirabū dus tractaret vna manibus delapsa, atq̄ in pedē decidens mire eum afflixit, sed deorū miseratione post nouē dies in astra translatus est. ¶ Cupido Cupido
D. deside

desideriū et cupiditas aliqñ deus amoris, Veneris
 filius, ¶ Tueri videre, conspicerē. ¶ Recurrere, re-
 dire. ¶ Reciprocu, reflexu, repetitū. ¶ Orbis circu-
 lus circulatio. ¶ Satietas, saturitas. ¶ Quinam quo
 modo, q̄ pacto. ¶ Potior, melior. Persi. Quis po-
 rior iudex puerisue quis aptior orbis. ¶ Egentia ca-
 rentia, temet, teipsum. ¶ Fastidiū nausea, & quasi
 contemptus cū fastu. ¶ De integro rursus, iterū,
 ab initio. ¶ Demigrare mutare domicilium.

Menippi & Cerberi. Menippus.

HEus Cerbere, quandoquidē mihi tecū co-
 gnatio quēdā intercedit, quū & ipse sim
 anis, dic mihi p̄ stygiā paludē, quomodo
 sese habebat Socrates quum huc accederet? Verisimile
 est autē te, deus quū sis nō latrare modo, uerū etiā hū-
 mano more loqui, si quando uelis. CER. Quum pro-
 cul adhuc abesset Menippe, iussus est constanti atq; in-
 territo adire uultu, perinde quasi mortē nihil omnino
 formidaret, ac tanq̄ hoc ipsum uellet ijs qui procul à
 specus ingressu stabāt ostendere, uerum simul atq; de-
 spexit in hiatum, uiditq; profundū atq; atrum aneri
 reāssum, simulq; ego cunctantē etiā illū aconito mor-
 dens pede correptum detraherem, infantiū ritu emulā-
 bat, suosq; deplorabat liberos, nihilq; non faciebat in
 omnē spēāem sese conuertēs. ME. Num igitur fucate
 sapiens erat ille, neq; uerē mortē contemnebat? CER.
 Haud uere. Ceterū ubi uidit id esse neāsse, audaciam
 quandā prae se ferebat, quasi uero uolens id esset pas-
 surus,

*ferus, quod alioqui uolenti, nolenti tamen oīno fuerat
ferendum, uidelicet quo spectatoribus esset miraculo.
Equidē illud in totū de uiris istiusmodi uere possim
dicere, ad fauces usq; specus intrepidi sunt ac fortes,
porro intus quū sunt, nihil mollius neq; fractius. M.
Ceterū ego quo nā aio tibi uisus sum subiisse specū?
CER. Vnus mortaliū Mcnippe, sic mihi uisus es sub-
ire, ut tuo dignum erat genere & prior tē Diogenes,
propterea q̄ neuiquam adacti subieritis, aut intrusi,
Vtrum tum ultronei, tum ridentes, atq; omnibus plo-
rare renunciantes.*

¶ Stryx inferna dicitur palus per quā dñi iurant, neq; Stryx
timore pœnæ audent peierare, priuabantur enim
ad tēpus qui peierassent diuinitate, quod eis ideo
concessum fingunt poetæ, quia uictoria eius fi-
lia Ioui aduersus gigantes pugnāti fauerit. ¶ So-
crates philosophus Atheniensis & Apolliniis in
dicio sapientissimus. Hic primus moralia docuit
tantæq; in omni uita constantiæ, ut nullo tēpo-
re aut tristior aut lætior uisus sit, neq; cum cicu-
tam moriturus biberet, q̄ cum uxorem duceret.

¶ Formidare, metuere, timere. ¶ Aconitū vene-
num. ¶ Liberi filij ingenui. ¶ Fucate, fictæ, simu-
late. ¶ Tuo genere, tua secta, tua professiōe. ¶ Vi-
tronei, volentes, non coacti. Hierony. in quæ-
stionibus Hebraicis tritū prouerbiū est, vitro-
neas putere merces.

Formido
Aconitum
Fucate

FINIS.

**Leuinus Linus Scola Antuerpianæ Hypodidascalus
ad studiosam iuuentutem.**

Huc ades o studiose puer, studiosa iuuentus
Huc ades, hunc hilari perlege fronte librum,
Nulla citheriaco polluta est pagina amore;
Quin soror hoc plebi casta probabit opus.
Nec cynicos memorat, asperata aut fronte Catones,
Aut aliud si quid ruga sendis amet,
Sed gratas pueris Charitesq; salesq; iocosq;
Et quicquid lepidi est, iste libellus habet.
Attica siue Venus iuuat, aut cenotria lingua
Hanc habet atq; illam tantulus iste liber.
Meonide aut Pelio multo est faundior author
Sed uetat impariles nomen inire modos.
Non minor interpres succedit diuite uena
Vatibus ausonijs unus Erasmus honor.
Nempe hic siue pedum æta sine lege uagatur
Pulchrum mellifluo Marcus ut ore sonat.
Siue pedes strictim numeroso calæ coeræt
Nasonem præstat, Vergiliumq; refert.
Quælibet (inuideas) uel iam superstitæ Plauto
Vellet Erasmiaco musa lepore loqui.
Huc ades ergo puer latij studiose lepõris
Huc ades, hunc hilari perlege fronte librum.

**Adriani Luce Gymnasij Antuerpiani Hypodidascalia
li ad puerum polinoris litteraturæ cupidum,
Endecasyllabon.**

**Castæ rumpe moras puer Minervæ
Quem linguae ausoniae tenet libido
Adsis, huc propera, hunc capeffc librum
Dextra præcipit, & reuolue sæpe,
Qui non barbarie scatet nociua.
Nec de uandalico solo est profectus
Verum est eloquij nitens lepore
Romani, salibus meris refertus.
Est & scommatibus iocisq; abundans.
Pruas mordicus inuachens in artes
Et mores hominum, simul deorum
Irridens miserum chorum ethnicarum
Vir doctissimus undecunq; Erasmus
Prinæps eloquij utriusq; linguae
Feci parue puellæ Lucianum
Arguum, latijs loqui camœnis.**

Sequitur Tabula.

TABVLA.

| | | |
|----------------------|------------------|---------|
| ¶ Primo de litera A. | Corybantes | 20 |
| Achilles | 5 Cupido | 14 & 25 |
| Aconitum | 26 D | |
| Aetna | 21 Danae | 18 |
| Alioqui | 5 Danaus | 9 |
| Apollo | 14 Deligere | 5 |
| Antiopa | 18 Demereor | 13 |
| Anubis | 24 Designo | 19 |
| Argos | 18 Diuersum | 4 |
| At | 3 Dicteria | 8 |
| | B | |
| Babylon | 23 Dñ maiores | 23 |
| Bactra | 24 Doris | 21 |
| Bœotia | 6 Eacus | 24 |
| Briareus | 16 Egyptus | 23 |
| | C | |
| Caluaria | 5 Equales | 9 |
| Calisthenes | 24 Erro | 23 |
| Caria | 11 Endimion | 19 |
| Car | eodem F | |
| Charon | 7 Formido | 26 |
| Chaldea | 9 Fucate | eodem |
| Chenix | eodem G | |
| Chyron | 25 Ganimedes | 17 |
| Chio | 10 Hammos | 23 |
| Clitus | 24 Hamus | 2 |
| Clymene | 12 Halicarnassus | 11 |
| Codrus | 13 Hecate | 7 |
| Compendiarius | 3 Hinnulus | 2 |
| Confobrini | 9 Hispidus | 21 |
| Contra | 16 Homerus | 10 |
| Corinthus | 9 I | |

TABVLA.

| | | | |
|-------------|----|-----------------|-------|
| Iapix | 9 | Phryx | 13 |
| Ionía | 11 | Pythius | 9 |
| Iuppiter | 14 | Pocillator | 3 |
| L | | Portitor | 9 |
| Lebadia | 6 | Præter | 2 |
| Lydia | 4 | Promptu | 3 |
| Lupinus | 9 | Præstigiatura | 6 |
| M | | Procax | 13 |
| Mars | 16 | Pronus | 4 |
| Maia | 17 | R | |
| Manes | 4 | Recens | 5 |
| Manumittere | 3 | Rhea | 19 |
| Minerva | 14 | Rimofi | 9 |
| Muccus | 13 | S | |
| Musæ | 15 | Sentina | 7 |
| N | | Sicilia | 21 |
| Narcissus | 5 | Sicula mensa | 13 |
| Naulum | 7 | Sicyon | 9 |
| O | | Sidon | 18 |
| Offa | 6 | Sinope | 11 |
| Olympias | 23 | Somnium | 10 |
| Osiris | 24 | Styx | 26 |
| P | | Supercilium | 15 |
| Parasitus | 3 | V | |
| Perditus | 13 | Vector | 7 |
| Phanum | 6 | Veratrum | 4 |
| Phaon | 13 | Vola | eodem |
| Phaetra | 15 | ¶ Finis Tabulæ. | |

¶ Michael Hillenius Hoochstratanns
 Antuerpiæ excudebat Sub
 intersignio Rapi. An.
 M.D.XXV.